

1775.

1. Schmidt, Johann Jakobus: De privilegiis sacerdotum.

Litteris I.R. II. civitatis Nurebergensis concessis.

1777.

2. Siebenkees, Johannes Christianus: De studio chronologico
juri praeceretim Germanico

1778.

1. Weiziger, Petrus: De captiis quibusdam incolatis
Nurebergensibus.

2. Fleischmann, James Ridder: De abusu rei fracturae
muro tellure et umfractum spacio

3. Haes, Georg Christian: De litteris invenitibus
imperialibus quatenus probant urbem Berolinensem
res in illis continetas ponitatem

1779

1. Voenitz, Jacob Christianus Gruen: Selecta iures
matrimoniales capite et legibus Nurebergensis
illustratae

1779

- 2^a.^b = Mühlan, Iohes Fridericus : De prouis et effectibus defen-
sionis naturalis etiam in statu ciuitatis prole Artil-
lurii 2 Decemb.

3. Gruenzer, Iohannes Gottlieb Christian : De nemore i prout
civili Norica praesertim Metorfina

4. Shantz, Iohannes Baptistus Josephus : De jumentis

1780.

1. Birkner, Paulus Fridericus : Brachitis inaq. jenodis
suum praecepit communis ex parte afferentis crebro-
rum hypothecariorum secundis ad eum praeiora compli-
tutia

1781.

1. Colmar, Iohannes Albertus : De jure ciuitatis Nürnberg
Jenii

2. Friedrich, Iohannes Casper : De vulnerationum setos
factim e Yemenuorum legibus rante Jorio audi-

3^a et Schenckus, Iacobus Kickel: De figuris criminis faciis
Cibelli & Script.

1782.

Graeser, Iacobus Lysimachus: De substitutione exemplari
pratum aliquo sororatu.

1783.

Strobel, Iacobus, Dr. iur.: De Testamento nullum singulare
continetur.

1785.

Waglerus, Petrus Fabius: De pactis remissoriis cum delictis
aberratis

1787.

1. Wielckens, Georg Christian Peter: Selecta capita
doctrinæ juris publicæ Germanicæ de constitutione
imperii imperii interna ordinibus.

2. Wielckens, Georg August: De omnibus piseatibus

1788.

Heselius, Gottliev: De jacobus circulatu metatatu
in Germania

1790.

1. Knuyt, Janus Christianus Benjamin: De testibus animalium
2. Lechler, Benedictus Thielius: De jaco collectando et
jenere speciebus quo de jaco collectum est repertum
- vorayens

1791.

Schmid, Jakob Sebald: De cœptioribus stupratorum
et satisfactionem privatum contra stupratores
agentem repellentibus

1795.

1. Lorisik, Christianus Gottliev: De communione boro
cum universali inserventi nuptiis mortua præle
prioris theri hanc conclusa.

1795

2. Stach, Worcester Alzg. : Inscrutis mag. medicis,
estebus ex ame systematis Brunonianis Physiologiae

1796

1. Layris, Petrus W. et alii Antonius : Inscrutis mag.
estebus observationes & anatomicale & plomaticae
ex archivis & printorom conuenientibus in juri scieatis
usa.

2. Lindner, Georg Faust : De obligatiori auctoritatis
magistris.

1799

Holzschaker et Harrelot, Rudolph Christianus Paulus :
De pauca entia cordina in deficiente plena orientis
probabilis nebulosum decernenda.

1800

Störmer, Adam Etii Ithaeus Christopherus : Describas
litteras quantitatibus et stagnationem aquae in alocis moleri
componentis aliisque eascentis

H. de Utzschneideri privilegiorum Vergatorius civilis Notariorum, conciliorum,

Pr. g. 2. num. 34

12
1777 2
DE
STUDIO CHRONOLOGICO IVRIS
PRAESERTIM GERMANICI
DISQVISITIO

QVA
AD
ORATIONEM IN AVGVRalem
DE
VARIIS MATRIMONIA PROMOVENDI
RATIONIBVS
BENEVOLE AVDIENDAM
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

IN V I T A T
JOHANNES CHRISTIANVS SIEBENKEES
PROF. IVR. P. COLLEGII ICTORVM ASSESSOR EXTRAORD.
ET INSTITVTI HISTORICI QVOD GOTTINGAE FLORET
SODALIS.

ALTORFII

LITTERIS MEYERIANIS.



KÖNFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE



§. I.

IURISPRUDENTIA EST SCIENTIA HISTORICA.



Cum rerum humanarum negotiorumque civilium ea sit indoles, ut nulla fere lex ab omni parte absoluta et in omnem tempus sufficiens ab hominibus statui possit, nemo certe mirabitur, pluribus cuique reipublicae legislationibus opus esse, ut iurisprudentia, qua ipsa utitur, quodammodo perfecta dici mereatur. Omnes autem iurium origines, derogationes, obrogationes aliaeque vicissitudines factis rebusque gestis continentur. Quid igitur impedit, quo minus iurium et obligationum legibus constitutarum scientiam historiae nomine decoremus, atque iurisprudentiam historicis scientiis vindicemus? Ex qua sententia παρεδόξω forsan, sed neque sterili neque inter terminorum vel ingenii lusus referenda facile patet, arctissimum esse nexus, qui iurisprudentiam inter atque historiam intercedit, cum utraque sit

rerum gestarum memoria. Sed huic disquisitioni diutius immorari vix necessarium videtur, cum *Ant. Schultingius* specialem huic rei impenderit operam (a).

(a) In *Orat. de iurisprudentia historica in Frisiorum academia a. 1712 habita*, postea eiusdem *Iurispr. Anteiuſtin.* p. 908 sq. (ed. de 1717.) adiecta, nuper autem eiusdem *Commentat. Academ. Vol. II.* p. 119 sq. inserta.

§. II.

DE STUDIO IURIS CHRONOLOGICO

IN GENERE

In historiarum studio quisquis feliciter versari, neque ima summis, quadrata rotundis miscere voluerit, curare debet omni, quae fieri potest, industria, ut rerum gestarum notitiam servato temporis ordine acquirat. Eandem legem sibi esse scriptam sciat, qui veram atque genuinam iurium mentem ac usum indagare neque iuris scientiam primoribus tantum labris degustare cupit. Iura, quae hodie obtinent, nunquam plene recteque intelliguntur, nisi simul ad ultimas eorum occasiones et causas redeatur, fata atque vicissitudines describantur, illorumque progressus vel interitus cognoscatur. Hisce subsidiis instructus interpres iuris nodos et legum enigmata solvere poterit. Iucunditatem autem, quae ex chronologico iuris studio percipitur, non esse minorem ipsa utilitate, haud ignorant, quibus datum est hanc adire Corinthum. Neque audiendus est *Lauterbachius* (b), qui nobis persuadere studet, *frustra aetatem, qua Icti veteres et in Digestis laudati vixerunt, insubsidium vocari, nec ex singularibus legum inscriptionibus et locis, unde*

de defumptae, restringi aut conciliari posse. Labor esset haud difficilis, sed parum gratus, ex ipso Lauterbachio ostendere, chronologiae neglectum haud leves parere errores, adeoque temporis scientiam graviter ulcisci sui contemnum. Si auctoritatibus in hac re opus est, ex notitia litteraria postea exhibenda apparebit, maximi nominis ICTos hunc iura exponenti modum probasse (e).

(b) in Proleg. ad Colleg. theor. pract. §. 4 n. 5.

(c) cf. Henr. Habnus in Orat. de usu chronologiae in iure. Helmstad. 1640, recusa in Wielingii Iurisprud. restituta P. II. p. 123 sq.

§. III.

QVAENAM SIT DIFFERENTIA INTER IVRISPRVDEN- TIAM ET IVRIS VEL IVRISPRVDENTIAE HISTORIAM.

Sed nonne decantata bac iuris chronologia carere possumus, cum Iuris atque Iurisprudentiae historia sit satis superque exculta? Equidem vix crediderim. Cavebimus interim, ne, quod philosophi aiunt, entia praeter necessitatem multiplicentur. HISTORIA IVRIS eo sensu, quo vulgariter accipitur, legum insigniorum et in corpus redactarum origines atque vicissitudines enarrat, non per singulorum iurium atque institutorum argumenta eundo, neque singula capita describendo; adeoque rectius Historia legum dicetur. IVRISPRVDENTIAE autem HISTORIA, quam interdum etiam Litteraturam Iuris vocare solent, ipsius studii iuris, eorum qui hoc studium excoluerunt, atque scriptorum quae ad leges illustrandas publici iuris fecerunt ICTi, fata enarrat. IVRISPRV-
DENTIA

DENTIA contra CHRONOLOGICA in eo versatur, ut singulorum argumentorum natales atque mutationes temporum notis distinguat, singulosque articulos ex antiquitate illustret. Haud multum dissimilis videtur huic nostro instituto opera, quam Theologici in excolenda *Theologia historica* posuerunt, quae pariter dogmatum et singularum doctrinarum historiam persequitur. Laudantur in hoc studiorum genere opera *Dion. Petavii*, *Io. Forbesii* aliorumque (d) quibus nuper quoad priora a C. N. saecula accessit *Roefflerus*. Praeterea legisse haud poenitebit, quae Viri summe reverendi *I. A. Dietelmarius* noster (e) et *Walchius Goettingensis* (f) de hac scientia sunt commentati.

(d) cf. C. W. Fr. Walch, in den Grundsaezen der zur Kirchenhistorie des N. T. noethigen Vorbereitungslehren und Bücherkenntniß. (Goett. 1773. 8) p. 154.

(e) in den vermischten Abhandl. aus allen Theilen der Theologie. II, B. II. Samml. p. 294. — 307.

(f) in den Gedanken von der Geschichte der Glaubenslehren.

§. IV.

SCRIPTORES QVI CHRONOLOGIAM IURIS ROMANI EXCOLVERVNT.

Cum vero iis, qui in iurisprudentia chronologica perficienda elaborare cupiunt, verendum sit, ne astum agant, me operam haud inanem sumturum esse spero, si indicem exhibeam scriptorum, qui in variis Iurisprudentiae partibus hanc iura expnendi rationem sunt secuti. Recensus enim, quem *C. F. Hommelius* in

in *Litterat. Iur.* p. 54. dedit, neque satis accuratus neque completus mihi esse videtur. Prodeant primum ICti, qui ad *Iuris Romani* chronologiam symbolas contulerunt, quorumque est maxima copia. Ut raseam eos, qui passim in commentariis suis hac leges interpretandi arte usi sunt, veluti *Cuiacium*, *Gothofredum* aliasque elegantioris iurisprudentiae restauratores; vel qui in antiquitatibus *Iuris Romani* tradendis aliquam saltem huius scientiae partem illustrarunt, v. c. *Brissonius*, *Heineccius*, de *Selchovv*: vix unicum indicare possum, qui totum hoc opus sit aggressus. Hic autem est

Phil. Ricb. Schroeder, ICtus Regiomontanus, Christ. Thomasii discipulus, qui edidit *Origines praeincipiarum iuris civilis materialium ad usum earendem bodierum diiudicandum occasione Institutionum Iustinianearum*. 4, Regiom. 1716. et 1723.

Plures vero indicare licet, qui variorum *Iuris Romani* argumentorum origines et vicissitudines singulis dissertationibus et Commentationibus illustrarunt, quorum nunc catalogus est exhibendus.

Andr. Rivini diff. politico - philologica de *testamentis* — Lipsiae 1654. defensa, quae § I. plag. constat. Desideratur haec diff. in Bibl. Lipeniana, memoratur vero *Hommelio* l. c. Hic scriptor cum nimium extra oleas va- getur, operam haud inutilem consumit *Trekelius* in eodem argomento ex antiquitate illustrando.

Cbr. Gottfr. Hoffmanni disp. de origine et conditione *procuratorum*. Hal. 1716. qui etiam ius canonicum et germanicum persequitur.

Geo. Cbr. Gebauer de *successione inter ingenuos iure sanguinis ab int-
stato civili*. Erf. 1725. rec. in Eiusd. Exerc. Academ. Vol. I. n. XIII.
P. 357. sq.

Frid. Wideburg de *fideicommissorum ac codicillorum origine*, argomento inclinantis ac mutatae reip. Romanae. Hal. 1731.

VIII

Io. Dav. Kersten historia legatorum, diss. praefide *Gust. Henr. Mylio* defensa. Lips. 1731, cuius verum auctorem *Io. Henr. Mylium* esse in Bibl. Lipen, affirmatur.

Reinh. Gottl. Lischke de origine et aequitate tacitarum hypothecarum apud Romanos. Lips. 1732.

Traug. Thomasius de origine atque progressu hypothecarum tacitarum apud Romanos. Lips. 1732.

Pet. Burmannus de vestigialibus populi Romani. Lugd. Bat. 1734 rem Romanorum emphyteuticarum illustrat. Vid. de prima huius scripti editione *Hommel* in *Litter. Iur.* p. 197.

Pet. Tolozan diss. de maleficiis et mathematicis et ceteris similibus. Lugd. Bat. 1736, inserta *Oelrichs Theſſ. Diff. Iurid. Vol. I. T. III.* p. 213. sq.

Alb. Diet. Treckelii Tr. de origine atque progressu testamentificationis, praesertim apud Romanos, c. praef. G. C. Gebaueri, Lips. 1739.

Io. Wéndelin. *Neubaus* diss. ad Legem Petiliam de obaeratis debitoribus. Lips. 1739.

C. F. G. Meijsteri Progr. Vindex et vas Gott. 1746, et in *Sylloge I. Opusc.* p. 269. sq. origines in ius vocationis explicat.

Eiusdem diss. de in factum actionibus. Gott. 1748, ibid. p. 309, origines contractuum apud Romanos exponit,

Nicol. Kloeckhof Historia iur. rom. de bonis damnatorum. Lugd. Bat.

1749. 8°.

Geo. Lud. Boehmeri Progr. I. de legatis ex fideicommisso praefandis. Gott. 1749. Pr. II. 1753, in eiusd. *Electis Iur. civ.* p. 211. sq.

Car. God. Winkler de discriminē inter litis contestationem iure veteri ac hodierno. Lips. 1751, Cpl. I. §. 10, historiam litis contestationis enarrat.

Emanuelis Dunii Icti de veteri ac novo iure codicillorum commentator. — Romae. 1752.

Io. Aug. Bachii disp. de lege Iulia Miscella. Lips. 1753, in *Opusc.* p. 186. sq.

Eiusdem disp. de iure accrescendi. Lips. 1754, in *Opusc.* p. 323. sq.
Joach.

Joach. Bechtold de Bernstorff diss. de ratione legis Falcidiae in singulis heredibus maxime substitutis ponenda. Gott. 1754.

Io. Henr. Chr. de Selchov de servitute altius tollendi Romanâ, eiusque ad Germaniam habitu. Gott. 1755. rec. in eiusd. Electis Iuris Germ. n. I.

G. L. Boehmeri diss. de appellationis interpositae renunciatione, 1755. in Elect. Iur. Civ. p. 407 sq.

I. A. Bachii Exerc. Iur. civ. de prorogatione iurisdictionis. Lips. 1756. in Opusc. p. 406. sq.

Eiusdem diss. de his quae imputantur in quartam fiduciarii. Lips. 1756. in Opusc. p. 422 sq. origines legi Falcidiae et quartae Trebellianicae eruit.

Andr. Flor. Rivini Diss. historico-jurid. de usucaptionis statu secundum ordinem chronolog. a XII tabulis ad tempora Iustiniani. Vitemb. 1756.

C. F. G. Meissneri oratio de studii juris romani chronologici diligenter excolendi necessitate. 1756. in Sylloge I. Opusc. p. 564. sq.

Eiusdem studii juris romani chronologici Specimina quinque. ibid. p. 580. sq.

Tabula I. complectitur indicem chronologicum de onere heredis fiduciarii et fideicommissarii legatorum praefandorum.

Tab. II. de legatis municipio reliktis.

Tab. III. de municipii et civitatis heridis institutione.

Tab. IV. de iure accrescendi.

Tab. V. de ratione legis Falcidiae in iure accrescendi.

Geo. Sam. Madibn de vera indole substitutionis pupillaris, tam iure veteri, quam recentiori. Hal. 1759.

Io. Theoph. Segeri Historia iur. Rom. liberae reip. de tutelis et curationibus. Lips. 1760.

Quirin. Gottl. Schacher vicilistitudes successionis ab intestato apud Romanos. Lips. 1762.

Aug. Fr. Schott comm. ad orat. Pertinacis de testamento posteriori imperfecto prius perfectum haud infirmante. Lips. 1765. rec. in Opusc. iurid. p. 41. sq.

Car. Fr. Walchii Hist. Iur. civ. de vindicta privata. Ien. 1768.
Christiani Rau Hist. Iur. civ. de peculiis. Lips. 1770.

*Ernst Christ. Westphals Versuch einer systematischen Erlauterung der
faemtlichen Roemischen Gesetze vom Pfandrechte.* Lips. 1770. 8. Cap. I,
ordinem chronolog. ICtorum et constitutionum ad doctrinam de pignoribus
spectantium sistit.

*Geo. Sam. Madibn f. resp. Christ. Beni, Vber de validitate testamenti
non rite oblati.* Hal. 1771, viciſſitudines variarum testamenti antiqui for-
marum, formae testamenti recentioris, et testamentorum principi atque magi-
ſtratibus oblatorum praemittit.

*Henr. Io. Otto Koenig de viciſſitudinibus iur. rom. circa donationes
inter virum et uxorem.* Hal. 1771.

*Lud. God. Madibn Viciſſitudines cognitionum criminalium apud Ro-
manos usque ad Caſſarum tempora.* Hal. 1772.

Io. Th. Segeri Histor. Iur. civ. de pignoribus tacite contractis. Lips. 1772.

*Io. Melch. Gottl. Beſeſke de origine modorum contrabendi apud Ro-
manos.* Hal. 1772.

Eiusdem Commentatio de cretione, iure deliberandi et inventario.
Hal. 1773.

*Eo C. Westphal Interpretationes Iuris civilis de libertate et servitu-
tibus praediorum.* Lips. 1772. 8. Sect. I, ordinem ICtorum et Constituti-
onum ad praefens argumentum pertinentium temporis serie exhibet.

*I. Th. Seger f. respond. Henr. Mich. Hebenstreit Historia iurisdictionis
ecclesiasticae ex legibus utriusque codicis illustrata.* Lips. 1773. Diff. altera prodiit 1776.

*Dan. Nettelbladt f. respond. Car. Frid. Zepernick Historia Iur. civ.
de legitima portione parentum.* Hal. 1773.

Eiusdem Zepernickii diff. I. et II, de testamenti defituti viribus. Hal.
1773. et 1774.

A. F. Schott Hist. iur. civ. de praeſcriptione aduersus civitates. Lips.
1774. Huic iungi debet

Casp.

*Casp. Gab. Groening Flores sparsi ad praescriptionem contra civitates.
Gieffae 1775.*

Lud. God. Madibn Opusc. I. vicissitudines substitutionis exemplaris eiusque veram indolem continens. Hal. 1775.

Christ. Rau de querela in officiose donationis. Lips. 1775.

Io. Ioach. Car. de Bernsdorff Analecta historica ad doctrinam testamenterum. Gott. 1775. 8. coniecturis magis, quam argumentis rem egit.

a Winterfeld Hist Iur. civ. Rom. de donationibus propter nuptias. Lugd. Bat. 1776.

Car. Frid. Walchii Diff. de testamento principi oblati. Jen. 1777.

Et hi fere sunt, quos in studio Iuris Romani chronologico desudasse scio. Hunc indicem aliis huius generis scriptoribus augeri posse nullus dubito: sed propriis oculis uti malui, quam aliorum testimonis caecam fidem habere. Optandum est, ut illi, qui in posterum libellos elementares conscribere cupiunt, hos labores non negligant, sed imitentur C. C. Hofackeri exemplum, qui in *Institutionibus Iuris Romani* a. 1773. Gottingae editis potiorum doctrinarum origines atque vicissitudines addere haud praetermisit.

§. V.

DE CHRONOLOGIA IVRI CANONICO APPLICANDA.

Conciliorum constitutiones et epistolas Romanorum Pontificum decretales nemo recte intelligere, carumque discordantiam in concordiam redigere poterit, nisi qui tempora, quibus singulae suam debent originem, curate distinguat. Hanc rationem optimi Iuris canonici interpres inierunt, praesertim vero Galli in Commentariis, quibus hanc iurisprudentiae partem illustrare studuerunt. Lubet vero tantum ex Germaniae nostrae Ictis nonnullos memorare, qui studium suum hac in re collocarunt.

B 2

Iulus

Iustus Henningius Boehmers in praefanti de Iure Eccles. Protestantium opere non tantum origines diligenter exposuit, sed singulare quoque scriptum exaravit:

Origines praecipuarum materiarum iuris ecclesiastici ex ultima antiquitate evolutae et ad studium iuris canonici accommodatae, quae eiusdem Schiltero illustrato p. 281 — 450 sunt adiectae.

Chr. G. Buder de capitulationibus episcoporum Germaniae. Jen. 1737, originem et historiam capitulationum tradit.

Eiusdem Historia canoniciatum Imperatorum Regumque Germaniae seu praebendae regiae. Jenae. 1738. et in Opusc. p. 425. sq.

Idem de testamentis episcoporum Germaniae. Jen. 1745.

Geo. Lud. Boehmer de origine et ratione decimatarum in Germania. Gott. 1749.

Guil. Frid. Link Pr. de fatis pie relictorum ex utroque iure Alt. 1750.

Otto Chr. de Lobenschiold Diff. hist. de investituris episcoporum per annulum et baculum. Tub. 1750.

Geo. Lud. Boehmeri Obs. de origine iurisdictionis ecclesiasticae in causis testamentariis in Observat. Jur. Canon. p. 106. sq.

Io. Aug. Hellfeld de saeculari iurisdictione in clericos delinquentes. Jen. 1771.

Josephi Valent. Eybel Lucubratio canonica exhibens notiones de natura, ortu et progressu electionum personarum ecclesiasticarum. Vindob. 1774. 8.

A. F. Schott Historia legum ecclesiasticarum de temporibus nuptiarum clausis. Lipf. 1774.

Crysaetomi Probst Turnarius ecclesiarum Germaniae seu historia turni ecclesiastici ad illustrandam tum cathedralium tum collegiarum ecclesiasticum disciplinam concinnata. Bambergae. 1777. 8.

Si plures iuris canonici doctrinae, quae a temporum distinctione illustrationem expectare possunt, eadem qua *Probstius* hanc rem est aggressus, eruditione deducerentur, non multum esset quod desiderari posset. Diversis commentationibus chronologicis materiali

riam praebent Steph. Würdtweinii *subsidia diplomatica*, quorum ab a. 1772. usque ad hunc diem XI. Tomi prodierunt. Sic, ut exemplum addam, *iuri primariarum precum ex monumentis ibi prolatis nova plane lux accendi poterit.*

§. VI.

DE STUDIO IURIS GERMANICI CHRONOLOGICO.

Originum autem atque vicissitudinum Iuris Germanici disquisitio eo minus est negligenda, quo plura iuris patrii argumenta ignaro plurimarum legum obscura et explicatu difficillima sunt futura, et quo plura antiquiorum iurium vestigia, inter personas praesertim illustres, invitatis etiam Romanorum legibus, permanserunt. *Polackii* (^a), *Heineccii* (^b), *Gebaueri* (^c) aliorumque studia, in antiquitatibus iuris patrii illustrandis posita, non quidem sunt contemnenda; sed desiderium operis absoluti, in quo tempora curatus distinguantur et totus iurium veteris et medii aevi ambitus describatur, non plane tollunt. Delineationem iuris Germanorum publici, quod medio obtinuit aevi, a Generosissimo *Selcovio* (^d) promissam cu[m]e expectamus. Interim utamur iis, quae summa cura diligentiaque collegit *Franc. Dom. Haeberlin* (^e).

(g) in *Systemate iurisprudentiae civilis germanicae antiquae* — Lips.
1733. 4.

(h) in *Elementis iuris Germanici tum veteris, tum hodierni*. T. I. Halae 1736. T. II. 1737. Quae si antiquitates magis, quam iuris hodierni principia continere quis existimaverit, haud errabit, — Tandem posteaquam Heineccius triginta annis fato erat functus, filius eius in lucem publicam prodire iussit eiusdem *Antiquitates germanicas iuris-*

XIV

prudentiam patriam illustrantes. T. I. Hafn. et Lips. 1772. T. II. P. I. et II. 1773. Hisce vero duobus Tomis ius personarum tantum absolvitur: quae supersunt, nescio quo fato, nondum iuris publici sunt facta.

- (i) in *Vestigiis iuris germanici antiquissimis in C. Cornelii Taciti Germania obviis.* Gott. 1766.
- (k) vid. Praef. libelli: *Grundriss der deutschen Reichsgeschichte*, qui Goett. 1775. 8. prodiit.
- (l) in der *Allgemeinen Weltgeschichte — in einem vollständigen und pragmatischen Auszuge*, praesertim vero Vol. VIII.

§. VII.

DE HIS, QVI SINGULARIA IURIS GERMANICI ARGV-
MENTA SECUNDVM TEMPORVM SERIEM
ILLVSTRARVNT.

Scriptores nosse, qui in quibusdam iuris germanici doctrinis excutiendis subsidia chronologica adhibuerunt, haud inutile videatur. Agmen ducant, qui originibus iuris publici erundis operam dederunt.

Cbrift. Gotli. Buderi Vindiciae iuris imperatorii adversus urbis Romae episcopos ab ipsis Augustis factae duellis a tempore repurgatae in Germania doctrinae Christianae initisi. Ien. 1717.

Car. Guil. Gaertner de S. R. I. electorum imprimis Saxoniae feudis et officiis Bambergensibus. Lips. 1726.

Io. P. Kreffti diff. de iure praesentandi afferorem cameralem in genere et in circulo Saxonias inferioris in specie. Helmst. 1734.

Io. Frid. Ioachim de Archicamerario S. R. G. Imperii. Hal. 1737, ep. I. de origine archiafficiorum S. R. G. I. agit.

Io.

Io. Sig. Scheller de iure et reservato Imperatoris mittendi Commisarios ad alium electionis ecclesiasticorum S. R. G. I. Principum et Praesulum.
Altd. 1738, Sect. I. originem et fata huius juris exponit.

Io. Henr. Bocrisii Comm. hist. iurid. de regali monetae in specie de mitra bicorni in episcopis Germaniae huius regalis criterio. Lips. 1739.

Ewald Fried. de Herzberg de unionibus et comitiis electoralibus. Hal. 1745, §. III. historiam unionum exhibet.

Lud. Frid. de Beulwitz diss. de consensu S. R. I. Electorum ad concedenda imperii feuda tempore Rudolphi I. in usum veniente. Francofusae, 1753.

Fr. Dom. Haeberlin de Austraeagis generatim nec non de iure austriacorum S. R. I. lib. civitatis Vlmanae speciatim. Helmst. 1759.

Geb. Matthaeus Wallacher de iure circa sacra civitatum imperii, iam ante Pacem relig. Giessae, 1767.

Guil. Aug. Rudloff de litteris convocatoris ad comitia. Gott. (1767.)

Car. Geo. Gotfr. Glave de origine et vicissitudinibus suffragii liberarum S. R. I. civitatum in comitiis. Hal. 1771.

Fried. Franc. Schall de iure circa sacra regum Germanorum et Imperatorum Rom. e gente saxonica. Erford. 1772.

Iac. Henr. Born Spicileg. Observat. de potestate iuris dicundi cum Archimareschallatu Saxonico copulata. Lips. 1773, origines archimareschallatus obs. I. illustrat.

Io. Th. Segevi Specimen Observat. ad eruendas origines Iur. publ. germ. Lips. 1773, qui inquirit in origines archiofficiorum S. R. I., modi quo Imperator et principes Electores mensae accumbunt, et potestatis clericorum.

Iac. Fried. Keesi Origines iuris eligendi et praedeliberandi Principum Electoralium S. R. I. Lips. 1775.

Io. Geo. Fried. Heyd de iure emigrandi in Germania. Tub. 1775, Cap. II. fata huius juris enarrat.

Nonnulli etiam felici successu elaborarunt, ut quorundam capitum iuris privati, tam civilis, quam feudalis atque criminalis, inter

ter familias illustres et reliquos cives obtinētis chronologiam exhiberent. *Iuris civilis* origines et fata singulis libellis enarrarunt

Christian Gottlieb Riccius in Specimine iuris germanici, quo *praescriptio Germanorum* vetus iuxta et hodierna ex legibus Germanorum ac diplomatis eruitur atque illustratur. Francof. et Lips. 1738. 4.

Chr. Gottl. Buder de iuris retraſtus gentilitii in Germania origine, Ien. 1738.

Idem de iudiciis duodecimviralibus populorum septentrionalium et Germaniae. Ien. 1743.

Idem de operis burgenſium. Ien. 1748.

Fried. Iac. Dietr. de Boſtel in diff. de origine renunciationum familiarum illuftrium ex diplomaticis mediæ aevi eruta. Gieflae. 1766.

Car. Christoph. Hofacker in diff. inaug. de originibus et fatis successoris ex iure primogeniturae in familiis illustribus Germaniae. Gott. 1771.

Io. Iac. Kotthahn de materna potestate in liberos ex Germanorum legibus et more. Gott. 1772.

Io. Frid. Bonhoeffer in Comment. I. P. G. qua *ius detraſtus* superioritati territoriali vindicatur eiusque vera indoles ostenditur. Gott. 1773. origines et fata iuris detraſtus ex mediæ aevi legibus et monumentis diligenter exposuit.

Io. Henr. Joseph Wefthus de origine communionis bonorum inter coniuges speciatim per Dioecesin Monasteriensem. Gott. 1773.

Io. Frid. Gildemeiſter in Specimine de communione bonorum inter coniuges, maxime ex legibus Bremanis. Gott. 1775.

Gabr. Wilb. Gotil. Keferstein de iure provocationum plurium Germaniae populorum usque ad Caroli M. aetatem, Halae 1775. praeside P. E. Beermanno habita.

Chrift. Gottlob Biener de iurisdictione ordinaria et exēta. Lips. 1777.

Cum nonnullis iuris feudalibus, in primis Germanici capitibus hic tractationis ordo insignem adferat utilitatem, chronologiam huius

huius iuris *Commentationibus suis ad librum Majocvij de iure feudorum* praemisit *Car. Ferd. Hommelius*, indici vero huic etiam *iuris prudentiae* feudalis fata inseruit. Aliud chronologiae specimen de *succeſſione feudali* exhibuit idem ille *Ictus elegantissimus in Obiectamenis iuris feudalium*.

Chr. Gottl. Buderi Diatriba de feudis officialium hereditariorum procedrum et provinciarum regni Germanici. len. 1736.

Idem de feudis sceptri. Ien. 1744. Cp. I. eorum originem et progressum sicut.

Io. Geo. Efor Opusc. de iurisdictione curiarum clientelarium Germanicarum et de causis feudalibus ibi tractandis. 1753. Cap. II. continet historiam legislationis de procerum imperii iurisdictione beneficiaria.

Memorabile exemplum de chronologiae in iure feudali *Longobardico* interpretando utilitate propositum *Io. Christianus Woltaer* in Dill, inaug. de *succeſſione agnatorum in feudo paterno legitima lineali, non graduali nec mixta.* (Halae, 1772) §. XXV.

Ex *Iuris Criminalis* scriptoribus chronologicis sequentes nunc memoriae succurrunt.

Thom. Wagner de suppicio parricidarum. Lipf. 1735.

Io. Sam. Fried. Boeckmeri diss. hist. iurid. de *executionis poenarum capitalium honestate.* Hal. 1738.

Io. Christ. Maieri Historia iuris criminalis antiquissimi circa homicidium Ien. 1770.

Christ. Lud. Lieberkün diss. epist. de origine et utilitate *inspektionis et sectionis cadaveris occisi.* Hal. 1771.

Eiusdem diss. inaug. de crimine procurati abortus. Hal. 1772.

§. VIII.

DE FONTIBVS IVRIS ANTIQVO ET MEDIO AEVO
IN GERMANIA OBTINENTIS.

Ex scriptorum haec tenus commemoratorum inspectione patet, quinam fontes illi sint adeundi, qui iurium germanicorum origines et vicissitudines investigare apud animum suum constituit. De his autem obiter tantum quaedam monebo, ne scriptorum historiae iuris scrinia me compilasse quis dicat. *Antiquissimi Germanorum mores* ob monumentorum domesticorum penuriam ex scriptoribus Romanorum sunt discendi, aureo scilicet Taciti (^m) libello et Iulii Caesaris Commentariis. Moribus hisce post integra demum saecula succedunt leges quarundam gentium in scripturam redactae, tandemque Regum Francorum Capitularia, posteaquam Germania imperii Francorum pars esse coepit. *Medii vero aevi iura* ex duplice illa Speculorum nomine insignita collectione, et iure Caesareo (ⁿ) (*Kayserrecht*) quatenus domestici iuris sanctiones continent, nec non aliis eiusdem temporis legibus provincialibus et statutariis sunt haurienda. Hae vero iurium provincialium ac statutariorum collections, quo sunt antiquiores, eo magis iuri germanico constituendo inserviunt; cum illis Romanorum placita nondum sint admixta (^o). Quanta autem chartarum vetustarum sit auctoritas in Iurisprudentia Germanica, de eo non est una eademque omnium Ictorum sententia.

(m) *Tacitum satiram vel fabulam Romanensem* tantum scribere voluisse, est sententia iam dudum explosa. Fides eius in rebus Germanorum firmissimis nititur argumentis, sed nondum satis explicatis. Interea conf.

Io. Geo. Wilb. Koehleri diss. de fide. scriptorum veterum in rebus Germanorum. len. 1771.

Io. Pet. Ancherßen de scientia fideque Taciti geographicæ et bistoricæ in Germania in eiusdem Opusculo, minor, n. 5. (Bremæ, 1775. 4.)

Gottfr. Aug. Arndtii Disputatio, quatenus Taciti de Germania libello sit fides tribuenda. Lips, 1775.

(n) De aetate atque auctoritate huius collectionis multum disputatum est inter eruditos. Huius controversiae historiam exposuit A. F. Schott in der unparteiischen Critik, T. I. et II. Utique speculo neque tempore, neque auctoritate praestare videtur Ius Caesareum. Neque iuris Romani et Canonici vestigijs caret, vid. P. II. c. 17.

(o) Hac contemplatione Ius statutarium Augustinianum praefat pluribus aliis civitatum S. R. I. statutis, de quo vid. commentatio egregia Io. Frid. von Troeltsch in den Anmerkungen und Abhandlungen in verschiedenen Theilen der Rechtsgelahrtheit. II. Th. p. 1. fq. (Noerdl, 1777. 8)

§. IX.

DE VETERVM CHARTARVM IN IVRIS PRUDENTIA GERMANICA VSV.

Sunt, qui diplomata inter ipsius iuris Germanici fontes referre quodammodo dubitant, veluti Eberhard Habernikel, (P) qui veterum tabularum usum sequentem in modum restrigit: *Diplomata, quatenus adlicationem specialem iuris aliunde cogniti ostendunt, illustrationi iuris Germanici inservire et ad probandum illius in determinato loco usum, argumenta suppeditare libens concedo; ipsum vero ius Germanicum esse, quidquid inter contrabentes conventum fuisse legitur, si alia ratione probari nequit idem, nego, quam apud Germanos non minus quam apud Romanos pacia legem dederint contractibus; atque adeo ne-*

go, diplomata, quae conventiones contrahentium exponunt, esse inter fontes iuris Germanici referenda. Ex quonam vero fonte de iure ex moribus descendente constare potest, si diplomatum auctorati nuntius mittatur? Ex scriptoribus historicis? Sed hi parca manutalium rerum notitiam exhibent. Si omnem fere veterum chartarum usum tollas, saepius domestica iura a peregrinis distinguere non licebit; anxius haeribus, si definitum sit, an ius quoddam in universa Germania, vel in nonnullis eius provinciis obtinuerit; iuris denique antiqui et medii per omne aevum conservationem et observantiam vix probare poteris. Origines Iurium obscura haud raro premuntur nocte, nisi ad dispellendam hanc caliginem diplomata adhibeantur. Ex silva exemplorum, quibus ad comprobandum hanc sententiam uti possemus, nonnulla tantum adferre liceat. Sic praescriptionem XXX. annorum a. C. 837. obtinuisse, discimus ex monumento a *Meichelbeckio* asservato⁽⁹⁾. Rusticos Saeculo XIV. adhuc ab iis iudicatos fuisse, qui ipsis conditione erant aequales, ex documentis a *Gerkenio*⁽¹⁾ in lucem publicam prolati probari potest. A quonam tempore in Germania nostra electorum consensus accedere debuerit concessioni vecligalium ab Imperatoribus factae, plane nesciremus, nisi supereressent diplomata huius rei fidem facientia. — Non negamus magnam circumspectionem esse adhibendam, ne ex iis, quae contrahentibus tantum placuerunt, iuris regula constituantur; quale quid evenisse videtur *Gerkenio*, viro alias satis perspicaci, in neganda quaestione, an dotalitium viduae per secundas nuptias destruatur⁽²⁾. Minime igitur discedendum esse existimo a sententia *Ludeviggii*, ante reipublicae nostrae notitiam non fore

*fore sinceram, genuinam, constanterem, integrarum, omni fallacia, fupo,
fraude et pigmento liberam, quam habeamus et historiam diplomaticam
et diplomaticam iurisprudentiam.* (c)

(p) in *Comment. praelim. ad Elementa Iuris Romani.* p. XXXVIII.

(q) *Io. Heumann Commentar. de re diplom. Imperatorum.* T. II. p. 61.

(r) in *Cod. dipl. Brandenb.* T. I. p. 168. et T. IV. p. 407.

(s) in den vermischten Abhandlungen aus dem Lehn- und Teutschcn Rechte.
I. Th. (Hamburg. 1771. 8) p. I. — II.

(t) in *Praef. ad Reliquias MStorum.* T. I. p. 1. cf. etiam *Riccius in Spicileg. Iur. Germ.* p. 53.

§. X.

DE FORMULARVM COLLECTIONIEVS, EARVMQUE IN IURE GERMANICO UTILITATE.

Neque minores sunt fructus ex formularum tam antiquarum,
quam recentiorum collectionibus percipiendi. Quae cum res in iu-
diciis peractas et confirmatas plerumque contineant, optime decla-
rare possunt, an lex quaedam vigeat, sive sit peregrina, sive do-
mestica. Minorem forsan usum praestant formulae quoad modum
in iudicio causas peragendi olim usitatae, nec tamen sunt plane in-
utiles. Exemplis rem illustremus. Filium familias nondum eman-
cipatum, quamvis patre non consentiente, de peculio ex militia
castrensi vel quasicastrensi posse testari, eundemque per solas nup-
tias a patria potestate non liberari, docent artis formulariae ma-
gistri, qui Saeculo XVI. floruerunt. (d) Quaenam sit in Germania
adoptionum, arrogationum, et emancipationis indeoles, ex codice.

formularum Caroli V. Imperatoris illustrari potest. (x) Plures eiusmodi formularum collectiones hodie adhuc extare, vix quisquam crediderit, nisi scriptores perlustraverit, qui earundem notitiam exhibuerunt. (y)

(u) *Io. Heumannii Obs. de testamento filii familias.* p. 35. in Vol. II. Exercitata Iur. Viniv.

(x) vid. *Eiusdem Polyhistoris Praef.* ad T. II. Comment. de re dipl. Imperator. p. XXIII. sq.

(y) Catalogum harum collectionum exhibent

Frid. Car. de Moser in den kleinen Schriften. III. B. (Frft. 1752. 8) p. 395 — 440.

H. C. de Senkenberg in Methodo Iurisprud. (Frft. 1756. 4) p. 146. §. 61. not. (a)

Io. St. Pütter in der Anleit. zur iurist. Praxi. I. Th. (Goett. 1755.) p. 10 — 17. et II. Th. (1767) p. 1 — 5. supplementa ex Mosero et Senkenbergio addidit.

God. Dan. Hofmann in den vermischten Beobacht. III. Th. p. 177 — 204. IV. Th. p. 1 — 100, ordine chronologico collectiones formularum latino et germanico sermone conscriptorum enarrat.

Bibliotheca Heumanniana. p. 329 — 339. 341 — 343. et p. 383. B. Heumannus, Vir laude nostra maior, uberrimum horum librorum tum manuscriptorum tum typis excusorum thesaurum possedit.

Altes aus allen Theilen der Geschichtte. I. Stück. (1762) p. 94. sq. octo librorum ad processum illustrandum in primis facientium notitiam exhibet.

Kritisches Woerterbuch über iurisprud. Sachen. II. B. p. 454 sq.
Schwaeabisches Magazin, 1776. p. 153 sq. Huic diario descriptio collectionis formularum ex Saec. XV. est inserta.

Nihil

Nihil amplius restat, nisi ut indicem, cuius causa haec scripserim.
 Placuit nempe PERILLVSTRIBV AC GENEROSISSIMIS DO-
 MINIS CVRATORIBVS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS,
 provinciam iura extra ordinem docendi et in collegio ICTORUM
 de iure respondendi mihi benigne deferre. Cum autem ad mu-
 neris huius auspicia solenniter capienda ex laudabili maiorum mo-
 re die craftino, hora nona publice verba facere constituerim, ut
 huic solennitati:

MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR,
 GENEROSISSIMVS OPPIDI AGRIQUE ALTORFINI
 PRAEFECTVS,
 EXCELLENTISSIMI OMNIVM ORDINVM PROFESSORES,
 CIVES ATQVE COMMITITONES GENERIS DOCTRINAE-
 QVE NOBILITATE ORNATISSIMI;

propitii adsint, ea, qua par est, observantia et humanitate rogo
 atque contendeo.

P. P. d. ix. Novembris, MDCCCLXXVII.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

ULB Halle
003 331 415

3



TA-OC



